

NIKOLAUS VON KUES (1401-1464)

PHILOSOPHISCH-
THEOLOGISCHE
SCHRIFTEN

Herausgegeben von Leo Gabriel
Übersetzt und kommentiert von
Dietlind und Wilhelm Dupré

STUDIEN- UND JUBILAUMSAUSGABE
LATEINISCH-DEUTSCH

BAND II

VERLAG HERDER WIEN

.1982

[REVERENDISSIMI IN CHRISTO PATRIS ET DOMINI NICOLAI DE CUSA CARDINALIS SANCTI PETRI AD VIN-
CULA LIBELLUS INCIPIT, QUI INSCRIBITUR DIRECTIO
SPECULANTIS — INTERLOCUTORES SUNT CUM CARDI-
NALE JOANNES ANDREAS VIGEVIUS ABBAS, PETRUS
BALBUS PISANUS, FERDINANDUS MATIM PORTUGAL-
LENSIS NATIONE¹.]

I.

Abbas: Tu nosti nos tres, qui studio dediti tecum colloqui
admittimur, in altis versari; ego enim in Parmenide Procli
commentariis, Petrus vero in theologia Platonis eiusdem Pro-
cli, quam de graeca latinam facit, Ferdinandus autem Aristo-
telis perlustrat ingenium; tu vero, cum vacat, in Arcopagita
Dionysio theologo versaris. Gauderemus audire, an ne ad illa,
quae per iam dictos tractantur, compendiosior tibi clariorque
occurrat modus.

Nicolaus: Undique circa profunda mysteria occupamur,
neque, ut credo, brevius quisquam faciliusque illa diceret, quam
ii, quos lectitamus, licet mihi aliquando visum sit illud per nos
neglegi, quod propinquius nos duceret ad quaesitum.

Petrus: Hoc aperiri depreciamur.

Ferdinandus: Ita omnes veritate afficimur, quod ipsam
undique reperibilem scientes illum habere magistrum optamus,
qui ipsam nostrae mentis oculis anteponat. Tu autem te infati-
gabilem ostendis in eo etiam tuo declinante senio, et quando
pulsatus de ipsa loqueris, videris iuvenescere. Dicitur igitur tu
illud, quod prae nobis ipse considerasti.

N: Dicam et tecum, Ferdinande, hoc pacto colloquar, quod
omnia, quae a me audies, nisi compellaris ratione, ut levia
abicias.

¹ Cod. Mon. fol. 132r; auf der vorhergehenden Seite (fol. 131v)
heißt es: Tetralogus Cusae de li non-aliud, cuius meminit in
tractatu de venatione sapientiae campo tertio.

ANLEITUNG FÜR DEN BETRACHTENDEN, EINE
SCHRIFT DES IN CHRISTUS VEREHRUNGSWÜRDIGEN
VATERS UND HERRN NIKOLAUS VON KUES, KAR-
DINAL VON ST. PETER IN KETTEN. DIE GESPRÄCHS-
TEILNEHMER MIT DEM KARDINAL SIND DER ABT
JOHANNES ANDREAS VIGEVIUS, PETRUS BALBUS VON
PISA UND DER PORTUGIESE FERDINAND MATIM.

I.

Abt: Du weißt, daß wir drei, die wir uns dem Studium gewid-
met haben und denen du gestattet hast, mit dir zu reden, mit er-
habenen Dingen beschäftigt sind. Ich befaße mich mit dem
Parmenideskommentar des Proklos, Petrus hinwieder überträgt
die Platonische Theologie eben desselben Proklos aus dem Griechi-
schen ins Lateinische, und Ferdinand seinerseits erforscht das Ge-
dankengut des Aristoteles. Du jedoch widmest dich, wenn du Zeit
hast, dem Theologen Dionysios Areopagita. Es würde uns nun
freuen zu hören, ob sich nicht vielleicht dir ein kürzerer und
deutlicherer Weg zu dem, was die genannten Schriftsteller behan-
deln, darbietet.

Nikolaus: Überall beschäftigen uns tiefe Geheimnisse. Und ich
glaube nicht, daß jemand sie kürzer und einfacher zum Ausdruck
gebracht hat als eben die Männer, deren Schriften wir immer wie-
der lesen, auch wenn mir manchmal schien, daß wir gerade das
übersehen, was uns dem Gesuchten näherbringen könnte.

Petrus: Wir bitten dich dringend, uns dies darzulegen.

Ferdinand: Uns allen liegt die Wahrheit so am Herzen, daß
wir im Bewußtsein, sie überall finden zu können, uns danach
sehen, jenen zum Lehrmeister zu haben, der sie vor das Auge
unseres Geistes stellt. Du aber erweist dich sogar in deinem sich
bereits neigenden Alter unermüdlich darin, und wenn man dich
auffordert, über sie zu sprechen, scheinst du wieder jung zu
werden. Sprich mit uns also über das, was du vor uns überlegt
hast.

N: Ich werde es tun und mit dir, Ferdinand, unter der Bedingung
reden, daß du alles, was du von mir zu hören bekommst, als
unbedeutend verwirfst, außer dein Verstand zwingt dich dazu,
beizustimmen.

F: Sic philosophi, praeceptores mei, agendum esse docuerunt.
N: Abs te igitur in primis quaero: quid est quod nos apprime facit scire?

F: Definitio.

N: Recte respondes; nam oratio seu ratio est definitio. Sed unde dicitur definitio?

F: A definiendo, quia omnia definit.

N: Bene sane. Si igitur omnia definit definitio, et se ipsam igitur definit?

F: Utique, cum nihil excludat.

N: Vides igitur definitionem omnia definientem esse non aliud quam definitum?

F: Video, cum sui ipsius sit definitio. Sed quaenam sit illa, non video.

N: Clarissime tibi ipsam expressi. Et hoc est id, quod dixi nos negligere in venationis cursu quaesitum praetereuntes.

F: Quando expressisti?

N: Iam statim, quando dixi definitionem omnia definientem esse non aliud quam definitum.

F: Nondum te capio.

N: Pauca, quae dixi, facile rimantur, in quibus reperies non-aliud; quodsi toto nisu mentis aciem ad li non-aliud convertis, mecum ipsum definitionem se et omnia definientem videbis.

F: Instrue nos, quonam modo id fiat; nam magnum est quod affirmas et nondum credibile.

N: Responde igitur mihi: quid est non-aliud? Estne aliud quam non aliud?

F: Nequaquam aliud.

N: Igitur non-aliud.

F: Hoc certum est.

N: Definias igitur non-aliud!

F: Video equidem bene, quomodo non-aliud est non aliud quam non aliud. Et hoc negabit nemo.

N: Verum dicis. Nonne nunc certissime vides non-aliud se ipsum definire, cum per aliud definiri non possit?

F: Die Philosophen, meine Lehrer, lehrten mich so zu handeln.
N: Zuerst frage ich dich also: was ist es, das uns in erster Linie wissen läßt?

F: Die Definition.

N: Richtig; denn die Definition ist Aussage oder Wesenssinn. Aber woher stammt die Bezeichnung Definition?

F: Vom Definieren, da sie alles definiert.

N: Sehr vernünftig. Wenn nun eine Definition alles definiert und umgrenzt — definiert sie dann auch sich selbst?

F: Sicherlich; sie schließt ja nichts aus.

N: Du erkennst also, daß eine Definition, die alles definiert, nichts anderes ist als das Definierte?

F: Ja, da sie die Definition ihrer selbst ist. Aber welches diese Definition sein soll, sehe ich nicht.

N: Ich habe sie dir ganz deutlich zum Ausdruck gebracht; aber eben das ist es, von dem ich gesagt habe, daß wir es übersehen, wenn wir in der Eile unserer Jagd am Gesuchten vorbeilaufen.

F: Wann hast du sie zum Ausdruck gebracht?

N: Soeben, als ich sagte, die Definition, die alles definiere, sei nichts anderes als das Definierte.

F: Ich begreife dich noch nicht.

N: Das Wenige, das ich sprach, ist leicht nachzuprüfen. Darunter wirst du das „Nicht-Andere“ finden. Und wenn du dich mit der ganzen Schärfe deiner Denkkraft dem Nicht-Anderen zuwendest, dann wirst du ebenso wie ich sehen, daß es die Definition ist, die sich und alles andere definiert.

F: Belehre uns, wie das geschieht, denn groß ist, was du hier behauptest, und kaum zu glauben.

N: Also antworte mir: Was ist das Nicht-Andere? Ist es etwas Anderes als nichts Anderes?

F: Keineswegs etwas Anderes.

N: Also das Nicht-Andere!

F: Ganz sicher.

N: Definiere also das Nicht-Andere.

F: Ich sehe wohl: das Nicht-Andere ist nichts anderes als das Nicht-Andere. Das kann niemand leugnen.

N: Du sagst etwas Wahres. Siehst du jetzt nicht auch ganz deutlich, daß das Nicht-Andere, da es von nichts Anderem definiert werden kann, sich selbst definiert?

F: Video certe, sed nondum constat ipsum omnia definire.

N: Nihil cognitu facilius. Quid enim responderes, si quis te quid est aliud interrogaret? Nonne diceres: non aliud quam aliud? Sic, quid caelum, responderes: non aliud quam caelum.

F: Utique veraciter sic respondere possem de omnibus, quae a me definiri expeterentur.

N: Cum igitur nihil maneat dubii, quin hic definiendi modus, quo non-aliud se et omnia definit, praecisissimus sit atque verissimus, non restat nisi circa ipsum attente immorari et quae humanitus sciri possunt reperire.

F: Mira dicis et promittis. Cuperem quidem in primis audire, si quis palam hoc expresserit ex omnibus contemplativis.

N: Licet nullum legerim, prae ceteris tamen Dionysius propinquius videtur accessisse. Nam in omnibus, quae varie exprimit, non-aliud ipse dilucidat. Quando vero ad finem Mysticae pervenit theologiae, creatorem affirmat neque quicquam nominabile, neque aliud quid esse¹. Sic tamen hoc dicit, quod non videatur ibi magni aliquid propalare, quamvis intendenti non-aliud secretum expresserit undique per ipsum aliter explicatum.

II.

F: Cum cuncti primum principium Deum appellant, videris tu quidem ipsum per li non-aliud velle significari. Primum enim ipsum fateri oportet, quod et se ipsum et omnia definit; nam cum primo non sit prius, sitque ab omnibus posterioribus absolutum, utique non nisi per semet ipsum definitur. Principiatum vero cum a se nihil, sed, quidquid est, habeat a principio, profecto principium est ratio essendi eius seu definitio.

¹ Dionysius Areopagita, a. a. O., De myst. theol. V, p. 599 f.

F: Das sehe ich gewiß, doch es steht noch nicht fest, daß es alles definiert.

N: Nichts ist leichter zu erkennen als das. Wenn dich jemand fragte, „was ist das Andere“, was anders würdest du ihm antworten als: „nichts anderes als das Andere.“ Ebenso würdest du auf die Frage: „was ist der Himmel“, antworten: „nichts anderes als der Himmel.“

F: Und so könnte ich wahrhaftig alles beantworten, das ich definieren soll.

N: Da also ohne jeden Zweifel diese Art der Definition, in der das Nicht-Andere sich und alles Andere definiert, die genaueste und wahrste ist, bleibt uns nichts anderes übrig, als aufmerksam bei ihm zu verharren und das zu finden, was menschlicherweise gewußt werden kann.

F: Wunderbares sagst und versprichst du. Zunächst wäre ich begierig zu hören, ob irgendeiner von allen Denkern dies offen ausgesprochen hat.

N: Ich habe es zwar bei keinem gelesen, aber es scheint mir, daß Dionysius ihm näher als alle anderen gekommen ist. Denn in allem, was er mannigfach zum Ausdruck bringt, durchleuchtet er das Nicht-Andere. Zum Ende der mystischen Theologie gelangt, versichert er, der Schöpfer sei weder etwas Nennbares noch etwas Anderes. Allerdings sagt er es so, daß er damit nichts Großes zu offenbaren scheint. Für einen aufmerksamen Leser indes verleiht er damit dem Geheimnis des Nicht-Anderen, das er vielerorts und auf mancherlei Weise dargestellt hat, Ausdruck.

II.

F: Während alle anderen den ersten Ursprung Gott nennen, scheinst du ihn als das Nicht-Andere bezeichnen zu wollen. Man muß mit Recht das als das Erste bezeichnen, was sich und alles andere definiert. Denn da es nichts Früheres gibt als das Erste und es von allem Späteren losgelöst ist, kann es durchaus nur durch sich selbst definiert werden. Da hingegen das Entsprungene alles, was es ist, nicht von sich, sondern vom Ersten hat, muß sein Ursprung in der Tat der Wesenssinn oder die Definition seines Seins sein.

[...]

in praesentia Deum indagamus, non aliter nec praecisius quam superius audisti, declarari potest. Sed qui Patrem et Filium et Spiritum sanctum Trinitatem nominant, minus praecise quidem appropinquant, congrue tamen nominibus illis utuntur propter scripturarum convenientiam. Qui vero unitatem, aequalitatem et nexum Trinitatem nuncupant propius accederent, si termini illi sacris in litteris reperirentur inserti; sunt enim ii, in quibus non-aliud clare relucescit; nam in unitate, quae indistinctionem a se dicit et ab alio distinctionem, profecto non-aliud cernitur. Ita et in aequalitate sese manifestat et nexu consideranti. Adhuc simplicius ii termini, hoc, id et idem, lucidius praecisiusque non-aliud imitantur, sed minus sunt in usu. Sic itaque patet in non-aliud et non-aliud atque non-aliud, licet minime usitatum sit, unitrinum principium clarissime revelari supra omnem tamen nostram apprehensionem atque capacitatem. Quando enim primum principium ipsum se definit per non-aliud significatum, in eo definitivo motu de non-alio non-aliud oritur atque de non-alio et non-alio exorto in non-alio concluditur definitio, quae contemplans clarius, quam dici possit, intuebitur.

VI.

F: Haec de hoc quidem sufficiant. Nunc ut in alio non-aliud ostendas, porro perge.

N: Non-aliud neque est aliud, nec ab alio aliud, nec est in alio aliud non alia aliqua ratione, quam quia non-aliud quod nullo modo esse aliud potest, quasi sibi desit aliquid, sicut alii. Aliud enim, quia aliud est ab aliquo, eo caret, a quo aliud. Non-aliud autem, quia a nullo aliud est, non caret aliquo, nec extra ipsum quidam esse potest. Unde sicut non potest sine ipso neque dici quidquam nec cogitari, quod per ipsum non dicatur aut cogitetur, sine quo non esse, non discerni aliquid possibile est, cum talia omnia antecedit: tunc ipsum in se antecedenter et absolute non aliud quam ipsum videtur et in alio cernitur non aliud quam ipsum aliud. Puta si dixero Deum nihil visibilium esse

übersteigt und ihm vorausgeht, durch jene Mittel, mit denen wir in der Gegenwart Gottes erforschen, nicht anders und nicht genauer ausgedrückt werden, als du es oben gehört hast. Diejenigen jedoch, die die Dreieinigkeit als Vater, Sohn und Heiligen Geist bezeichnen, kommen zwar weniger genau heran, verwenden jedoch wegen der Entsprechung zur Schrift diese Namen zu Recht. Diejenigen aber, die die Dreieinigkeit Einheit, Gleichheit und Verknüpfung nennen, kämen näher, wenn sich diese Ausdrücke in der Heiligen Schrift eingeführt fänden. Diese sind es nämlich, in denen das Nicht-Andere deutlich widerstrahlt. Denn in der Einheit, die Unterschiedenheit von sich selbst und Unterschiedenheit von Anderem besagt, ist das Nicht-Andere sicherlich zu erkennen. Ebenso zeigt es sich dem Betrachter in der Gleichheit und in der Verknüpfung. Noch einfacher sind die Bezeichnungen: Dieses, Das und Dasselbe. Sie ahmen das Nicht-Andere noch deutlicher und genauer nach; sie sind aber weniger im Gebrauch. So ist also offenbar, daß sich im Nicht-Andern und Nicht-Andern und Nicht-Andern — mag dies auch sehr ungebräuchlich sein — der dreieinige Ursprung am klarsten enthüllt, jedoch jenseits von all unserem Begreifen und unserer Aufnahmefähigkeit. Wenn nämlich der als das Nicht-Andere bezeichnete erste Ursprung sich selbst definiert, dann entsteht in der Bewegung des Definierens aus dem Nicht-Anderen das Nicht-Andere und aus dem Nicht-Anderen und dem entstandenen Nicht-Anderen wird die Definition im Nicht-Anderen beschlossen. Derjenige, welcher sie betrachtet, erhält einen deutlicheren Einblick in sie, als man es sagen kann.

VI.

F: Genug darüber. Fahre nun fort und zeige uns das Nicht-Andere im Anderen.

N: Das Nicht-Andere ist weder ein Anderes noch ein Anderes vom Andern noch ist es im Anderen ein Anderes; und das aus keinem anderen Grund als dem, daß das Nicht-Andere in keiner Weise ein Anderes sein kann; als würde ihm gleichsam so wie einem Anderen etwas fehlen. Das Andere nämlich, das in der Abhängigkeit von einem Andern ein Anderes ist, entbehrt gerade das, auf Grund dessen es ein Anderes ist. Das Nicht-Andere aber entbehrt, eben weil es keinem gegenüber ein Anderes ist, nichts noch kann außer ihm etwas sein. Wie daher ohne es weder etwas gesagt oder gedacht werden kann, das nicht durch es, ohne das es unmöglich ist, daß etwas ist oder erkannt wird, da

quoniam eorum causa est et creator, et dixero ipsum in caelo esse non aliud quam caelum. Quomodo enim caelum non aliud quam caelum foret, si non-aliud in ipso foret aliud quam caelum? Caelum autem cum an non-caelo aliud sit, idcirco aliud est; Deus vero, qui non-aliud est, non est caelum, quod aliud, licet nec in ipso sit aliud, nec ab ipso aliud, sicut lux non est color, quamvis nec in ipso nec ab ipso aliud sit. Oportet te attentum esse, quomodo omnia, quae dici aut cogitari possunt, ideo non sunt primum per non-aliud significatum, quia ea omnia a suis oppositis alia sunt. Deus autem, quia non aliud est ab alio, non est aliud, quamvis non aliud et aliud videantur opponi; sed non opponitur aliud ipsi, a quo habet quod est aliud, ut praediximus. Nunc vides, quomodo recte theologi affirmarunt Deum in omnibus omnia, licet omnium nihil¹.

F: Nemo est, qui quidem mentem applicans haec tecum non videat. Ex quo constat unicuique Deum innominabilem omnia nominare, infinitum omnia finire, interminum omnia terminare et de omnibus eodem modo.

N: Recte. Nam cum ipso non-aliud cessante omnia, quae sunt quaeque non sunt, necessario cessent, clare perspicitur, quomodo in ipso omnia anterioriter ipsum sunt et ipsum in omnibus omnia. Cum igitur in alio ipsum intueor aliudque in ipso ipsum prioriter quomodo per ipsum sine alio aliquo omnia id sunt, quod quidem sunt, video. Non enim creat caelum ex alio, sed per caelum, quod in ipso ipsum est; sicut si ipsum intellectualem spiritum diceremus seu lucem et in ipso intellectu rationem omnium esse ipsum considerarem; tunc enim ratio, cur caelum caelum et non aliud, prioriter in ipso est, per quam constitutum est caelum, sive quae in caelo est caelum. Sensibile igitur caelum non est id, quod est, ab alio aut quid aliud a caelo, sed ab ipso non-aliud ab aliquo, quod vides ante nomen, quia omnia in omnibus est nominibus et omnium nullum. Nam eadem ratione, qua rationem illam caelum

¹ Dionysius, a. a. O., De div. nom. I, p. 405.

es allem diesen vorangeht, gesagt oder gedacht würde, so sieht man nun, daß das Selbe in sich vorgängig und absolut nichts anderes ist als das Selbe und erkennt im Andern, daß es nichts anderes ist als das Andere. Wenn ich z. B. sage, daß Gott nichts vom Sichtbaren ist, weil er dessen Grund und Schöpfer ist, so sage ich auch, daß er im Himmel nichts anderes ist als der Himmel — wie sollte nämlich der Himmel nichts anderes sein als der Himmel, wenn das Nicht-Andere in ihm etwas Anderes als der Himmel wäre? Da der Himmel aber dem Nicht-Himmel gegenüber etwas Anderes ist, ist er also etwas Anderes. Gott aber, der das Nicht-Andere ist, ist nicht der Himmel, der etwas Anderes ist, wenn er auch in diesem kein Anderes und auch kein ihm gegenüber Anderes ist; ebenso ist das Licht nicht Farbe, obwohl es weder ein Anderes in ihr noch von ihr ist. Du mußt genau darauf achten, daß alles, was gedacht oder gesagt werden kann, deshalb nicht das durch das Nicht-Andere genannte Erste sein kann, weil alles dies seinen Gegensätzen gegenüber ein Anderes ist. Gott aber ist das Nicht-Andere, da er dem Andern gegenüber das Nicht-Andere ist, obwohl das Nicht-Andere und das Andere entgegengestellt zu werden scheinen. Das Andere wird jedoch nicht dem entgegengestellt, von dem es das hat — wie wir zuvor gesagt haben —, daß es ein Anderes ist. Du siehst nun, daß die Theologen mit Recht gesagt haben, daß Gott — wenn auch nichts von allem — alles in allem sei.

F: Es gibt niemanden, der dies, wenn er nachdächte, mit dir nicht einsähe. Daher steht es für jeden fest, daß der unennbare Gott alles benennt, daß der unendliche alles beendet, der grenzenlose alles begrenzt usw.

N: Richtig. Denn da beim Zurückweichen des Nicht-Andern alles, was ist und nicht ist, notwendigerweise schwindet, erkennt man deutlich, daß in ihm alles vorgängig es selbst ist und es selbst in allem alles. Wenn ich es daher im Andern erblicke und das Andere in ihm selbst als es selbst sehe, dann sehe ich vorgängig, wie durch es selbst alles ohne irgendein Anderes das ist, was es ist. Es schafft den Himmel nicht aus einem Andern, sondern durch den Himmel, der in ihm es selbst ist. Ebenso ist es, wenn wir es erkennenden Geist oder Licht nennen und im Erkennen als den Wesenssinn allen Seins betrachten. Dann nämlich ist es der Wesenssinn — warum der Himmel Himmel und nicht etwas Anderes ist — durch den der Himmel gebildet ist und der im Himmel Himmel ist, vorgängig in ihm. Der sinnlich sichtbare Himmel ist also das, was er ist, nicht durch ein Ande-

nominarem, eadem ratione ipsam terram nominarem atque aquam et pari de singulis modo. Et si rationem caeli non video caelum nominandam, quasi causa causati non habeat nomen, sic ipsum eadem ratione nullo video nominabilem. Non video igitur innominabilem quasi nomine privatum, verum ante nomen.

VII.

F: Intelligo et ita etiam verum cerno. Si enim cessaret causa, cessaret effectus; et ideo cessante ipso non-aliud cessaret omne aliud et omne nominabile et ita etiam ipsum nihil, cum nihil nominetur; ostende mihi, quaeso, ut id ipsum perspiciam.

N: Certum est quod si cessaret frigus, cessaret et glacies, quae iam Romae videtur multiplicata; verum propterea aqua prior glacie non cessaret; cessante vero ente cessaret et glacies et aqua, ita quod actu non esset; et tamen materia seu possibilitas essendi aquam non cessaret. Quae quidem possibilitas essendi aquam una dici possibilitas potest. Cessante vero uno et glacies et aqua et essendi aquam cessaret possibilitas. At non cessaret omne intelligibile, quod posset ad essendi aquam possibilitatem necessitari per omnipotentiam, puta ipsum intelligibile nihil vel chaos non cessaret, quod quidem ab aqua distantius est, quam ipsa essendi aquam possibilitas, quae, quamvis remotissima confusissimaque, omnipotentiae tamen necessitatur oboedire. Vigor autem omnipotentiae in ipsum non cessaret per unius cessationem. Verum si ipsum non-aliud cessaret, statim omnia cessarent, quae ipsum non-aliud antecedit. Atque ita non entium solummodo actus cessaret ac potentia, sed et non-ens et nihil entium, quae non-aliud antecedit.

res oder etwas vom Himmel Verschiedenes, sondern er stammt von dem allem Andern gegenüber Nicht-Andern, das du vor dem Namen siehst, weil es in allen Namen alles ist und nichts von allen. Denn mit demselben Grund, mit dem ich jenen Wesenssinn Himmel nannte, könnte ich ihn Erde oder Wasser nennen Und in gleicher Weise gilt es von jedem einzelnen. Und wenn ich erkenne, daß man den Wesenssinn des Himmels nicht Himmel nennen darf, weil die Ursache nicht den Namen des Verursachten trägt, so sehe ich aus demselben Grund, daß er mit keinem Namen nennbar ist. Ich sehe ihn also nicht unnennbar so, als ob er jeden Namens beraubt wäre, sondern vor jedem Namen.

VII.

F: Ich verstehe das und erkenne auch, daß es wahr ist. Hörte die Ursache auf, würde auch die Wirkung nachlassen; und darum würde mit dem Verschwinden des Nicht-Andern alles Andere verschwinden und alles Nennbare und so auch das Nichts selbst, da das Nichts benannt wird. Zeige mir, bitte, einen Weg, damit ich das durchschaue.

N: Es ist sicher, daß, verschwände die Kälte, auch das Eis, das jetzt in Rom überall zu sehen ist, verschwinden würde. Aber deshalb würde das Wasser, das früher ist als das Eis, nicht verschwinden. Würde aber das Seiende verschwinden, so schwände sowohl das Eis wie das Wasser, so daß es dieses nicht tatsächlich gäbe. Und dennoch würde die Materie oder die Möglichkeit des Wasserseins nicht schwinden. Diese Möglichkeit des Wasserseins kann eine bestimmte Möglichkeit genannt werden. Verschwände aber das Eine, so würden das Eis und das Wasser und auch die Möglichkeit des Wasserseins schwinden. Aber dennoch würde nicht alles Geistig-Verstehbare schwinden, das von der Allmacht zu der Möglichkeit des Wasserseins genötigt werden könnte wie in dem Falle, daß das geistig verstehbare Nichts oder Chaos nicht verschwände. Dieses ist allerdings vom Wasser weiter entfernt als die Möglichkeit des Wasserseins selbst, welche, so fern und unbestimmt sie auch sein mag, der Allmacht dennoch zu gehorchen genötigt ist. Die Gewalt der Allmacht über jenes würde mit dem Verschwinden des Einen nicht verschwinden. Verschwände aber das Nicht-Andere, so würde im gleichen Augenblick alles verschwinden, dem das Nicht-Andere vorangeht. Und so würde nicht nur die Wirklichkeit und Möglichkeit des Seienden aufhören, sondern auch das Nicht-Seiende und das Nichts der Seienden, denen das Nicht-Andere vorangeht.